

A L D V S L E C T O R I . S.

Omne inuentum, quam uis ingeniosum, & conducibile, adulterari longe die, ac potius malitia hominum qui se sibi solum natus arbitrati, student semper, ex alienis incommodis sua ut comparent commoda, conuerti in malum constat: quemadmodum temporibus nostris accidisse uidemus in miro hoc, & quam laboriosissimo scribendorum librorum-nam quantum quisque modi ex ea re futurum sperabat, nemo est, qui non perspiciat: quantum item inde incommodi, quanta bonorum librorum pernices, quanta ruina & iam sit, & futura(nisi Deus prohibeat) uideatur, non quo dicere. Primum enim in quorum artificum manus peruererint sacra literarum monumenta, uidemus. Deinde, qua literatura predicti quidam, libros omnes enarrare: commentari: corrigere audeant: scimus. Quamobrem periculum non mediocre est: ne beneficium hoc impri mendi libros a Deo immortali hominibus datum, ipsi, cum licet uel infinitissimo cuique pro anima sui libidine temere in quem uult librum grassari, in maximum maleficium conuertamus, et interitum literarum. Sed de hoc aliud: non enim breui epistola opus esset, si singulatum, & cumulate tractare id uelim. Illud nolo silen tio praeteriri, me, quod in me erit, pedibus, manibusque (ut aiunt) facturum, ut laboranti rei literarie consula tur: quemadmodum hoc in libro fecimus: in quo plurima uulnera ope, & labore nostro sanata sunt: licet nullae sint praetermissa consulta, quod non esset satis orum ad curandum. quis enim in tanta operarum, ac potius inimicorum. (nam tot inimici, quod operae.) uel festinatione, uel ignorantia, uel malitia, aliquid mediocri etiam dignum laude queat efficeri: si diem unum, aut biduum, triduumque ad summum tecum uiuere, studiose lector, mirum diceres, sic dare, quae damus, potuisse. sed si quod uolo tandem hoc saxum uoluero, si potuero ali quando parere, quod iandiu, & multos annos parturio, spero uolente Iesu Deo optimo maximo, unde optimum quodque donum, bonumque proficiatur, effecturum quod cupio, ac studiosis omnibus, hac nostra labo riosa prouincia, satis, abundeque facturum. Habet nunc lector amice diligenter, ac miro ordine typis nostris excusum Perotti Syponitii Pontificis cornucopiae, in quo siquid uel a nobis, uel ab ipso authore erratum fuerit, gnosendum est: nobis, ob eas ipsas, quas supra diximus, rationes. A uibori, quia non ipse, sed Pyrrhus ex fratre nepos hunc librum ediderit. Morte enim praeuentus recognoscere non potuit suas has perdoctas, & laboriosas lucubrationes. quare & ipse de suis hisce latine lingue commentariis iure dicere moriens potuisset, Emendaturus, si licuisset, eram. Improbè igitur faciunt quidam in alieno libro ingenui, cum in mortuis de nobis bene meritos, inueniuntur: quin potius cum aliquo in loco dormisse authorem, quae humana est natura, inueniunt, non praedicando gloriari, non scriptis publicare, sed taciti, ac si ipsi opus compositissent, emendare deberent, atque ita gratiam referre beneficiori, qui quod habuit, dedit daturus meliora, si potuissent: quique q[uod] maxime potuit studuit prodeesse posteritati. v ale.

IKL